



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

iii. De postulatione praelatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De postulatione praelatorum. Tit. 4.

DEinceps ecclesiarum praelati rectores & pastores constituuntur.

Vacantis ecclesie clerici, cum iis qui vocem ^{3. Bona r.} in electione habent, per electionem, postulationem, seu nominationem canonicam, in persona idoneam conveniunt. Si qua persona unanimiter postulatur: eam (nisi melior ratio suaserit) gratiose superior admittit. Sin divisio & contradictio intercessit: postulationem ne recipit.

Si tamen in una personam etiam diversis temporibus convenierint: id ratum esto. ^{4. Bona.} postulantiu ^{ij.} literis & subscriptionibus propriis consensus per communis nuncios ad Ro. pont. mittitur. Ea postulatio Romano pont. si fuerit presentata: postulantes ab ea ne recedunt.

Cum itaque unanimiter de persona postulanda convenierint, personas idoneas ad se. apo. mittunt. Ea super iis que opportuna fuerint certiores Ro. Pont. reddunt. ^{5. Postulationem.}

Porro alteri ecclesie prepositum cum elegere ^{6. Et si.} non liceat, postulare licet.

Eum autem, qui in sanctam Ro. ecclesiam ^{1. Ad} inobediens fuerit, & interdictum ab ea legitime ^{hec.} promulgatum spreverit, violarit, ne qui postulant. Si postulat: potestate, qua sunt abusi, privantur. Sin ollis Ro. pont. gratiam faxit: ad electionem postulationemve canonicam iterum procedunt.

Quorum tamen postulatio cassata, circumducta fuerit, ipsis benigniter ecclesie providen- ^{2. Gratia.}

De electione, & ele. po.

di concessa potestate: si eam innouare conatur, etiam elegendi priuilegium amittunt. aliis, licet paucioribus, postulandi vel elegendi licentia esto.

De electione & electi potestate. Tit. 5.

1. *Nullus.* **Q**UA in ecclesia duum triumve congregatio fuerit, eam presbyter, aliter quam eorum canonica electione ne indipiscitor, alioquin expellitor.
28. *Quod sicut. in prin.* **A**d electionem autem sic peruenitor. Qui sunt in ecclesia clerici, in ipsa cathedrali ecclesia, si fieri potest, conueniunt.
35. *Coram* **E**t qui in prouincia sunt calantor, vocantor.
55. *In gene si.* **I**n regno Francia regnum ipsum ex consuetudine vna prouincia habetor.
18. *Cum inter.* **Q**ui vero ita remoti erunt, vt calari non debeant, aut vacationis ecclesie certiores facti sunt, nec expectantor.
36. *Bona. ij.* **E**t qui calari debebunt, ante mortem eius cui successor quaerendus est ne calantor.
42. *Quia propter θεμκ. Illud autē* **Q**uod si qui iusto impedimento detenti venire non potuerint: vnum de conlegio procuratorem constituere permittuntor. de impedimento iureiurando fidem faciunt.
28. *Quod sicut. in prin.* **C**ontemptis qui interesse debent (ni postea consenserint) electio inritator, infirmator, alioquin conualescitor. Qui calati sunt, aut sine periculo calari non potuerint, etsi vel noluerint vel nequiuerint interesse, contempti ne dicuntor.